1363. die 12 Decembris

Ex Annal. Reg. Hung. Pray

151.

Foedus et armorum induciae inter Carolum Caesarem et Ludovicum Hungariae ac Casimirum Poloniae Reges.

Pray cytuie ten Dokument wziety Ex Tabular. Caesar. Vienn. apud P. Steyerer Soc. Jesu pag. 375.

31

Nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae et Bolko eadem gratia dux Sleziae et dominus Swidnicensis, notum facimus quibus expedit tenore praesentium universis, quia serenissimus princeps et dominus Carolus quartus divina favente clementia Romanorum semper Augustus et Boemiae rex, ac illustris princeps dominus Joannes Marchio Moraviae ab una et serenissimi principes domini Ludovicus rex Hungariae, Rudolfus ceterique sui fratres, duces Austriae parte ab alia, super omnibus eorum controversiis, contentionibus, seu displicentiis, quas inter se hinc inde usque in diem praesentem habuisse noscuntur, in nos, tanquam in arbitros, seu amicabiles compositores, alias compromiserint, ut in literis eorum nobis super hoc traditis plenius est expressum --- quocirca virtute arbitrariae potestatis nobis, ut praemittitur tradita una cum voluntate, dicimus, et pronunciamus in his scriptis, quod dictae partes ab hodierno die in antea perpetuum super omnibus dissensionibus, controversiis et displicentiis quae inter ipsos hucusque viguerint, boni amici debent fideliter remanere, dolo et fraude quibuslibet procul motis In cujus rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa Actum et datum Cracoviae in vigilia beatae Luciae Virginis gloriosae. Anno millesimo trecentesimo sexagesimo tertio.

Jasieński